

INCIPIVNT SIGNA ET VIRTUTES EIVS QVAS
DEVS POST TRANSETVM EIVS MANIFESTAVIT (?)¹. |

Audiens autem Iohannes pontifex urbis Con- c. 38.
stantiē (?), quod Gallus frater eius² | in
castro Arbona in domum presbiteri, ascendens navi-
culum³ | ebat eum commediturum⁴ |
.⁵ pervenisset (?) ad por(tum), audivit (?) in domo
presbiteri planctum magnum |⁶ Eos(?) interrogavit(?),
quidnam (?) sit (?), et dixerunt (?) ei: quia Gallus amicus
noster migra | (vit) de hac vita. Pontifex (?)⁷ in
aquam et non potuit se contineri in na|vi (?), prae dolorem.
. pervenisset et de⁸ | qui cum eo (?) veniebant
et⁹ flentes et lugentes et invenerunt | illum in (?)
vasculo involutum¹⁰ Iohannes vero pontifex ape-
riens arcam. Cumque || vidisset eum, coepit flere amare
et dixit: eu, eu, mi pater; cur me eduxisti de do|mo patris
mei huc et iam modo dereliquisti me orfanum dissolutum,
quia tota | civitas in te fuit posita. Presbiter autem ipsius
castri levavit eum dicens: surge domine et | oremus pro
ipsum. Et cum dedissent finem verborum, intraverunt in
ēcclesiam, et coe|pit episcopus missam agere pro eo et
cum acta essent respiciens post (t)ergum suum vidit fo-
veam factam, ubi eum volebant sepelire. Adsumpta cruce
in ēcclesia intraverunt in do|mum presbiteri cum psallentio,
volentes eum adduci ad defossum, et inposuerunt | arcam c. 39.
ipsius in feretro, ut deportarentur eum in ēcclesiam, et
nusquam praevalebant | eum commovere. Cumque de hac
re colloquium inter se habuissent, quod eum ex ipso | loco
omnino elevare non potuissent, Iohannes pontifex ait:
vere modo scio, quia domi|no meo Gallo ista sepultura
non est acceptabilis. Et iussit presbitero, ut introduceret |
duos equos indomitos de ipsius iumentē. Et factum est
ita, et straverunt eos cum magno | labore cum straturis
et adferebant eos, ubi corpus viri dei iacebat. Pontifex
autem cum | cleros et populo orabat dominum dicens: deus
omnipotens et Ihesus Christus¹¹ filius eius, in cuius amore
et ho|nore iste vir dei dereliquit provinciam suam et
secutus est praecepta tua, introduc cor|pusculum eius cum

1) 'declaravit' hat Wetti an der Stelle; vgl. auch unten c. 49 gegen den Schluss. 2) Fehlen etwa 10 Buchstaben. 3) Etwa 12 Buchstaben unlesbar. 4) Vorn fast eine halbe, nachher eine Viertelzeile verwischt. 5) Etwa 10 Buchstaben zerstört. 6) Etwa 4 Buchstaben fehlen. 7) Mehr als eine Viertelzeile zerstört. 8) In dieser Zeile zweimal ebenso. 9) Eine Viertelzeile undeutlich. 10) Ebenso etwa 9 Buchstaben. 11) 'ih̄s xp̄s'; so durchweg.